



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Obligatione Beneficiati in genere. Tit. 1

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

# LIBER OCTAVUS.

## TITULUS I.

De Obligatione Beneficiati in genere.

### S U M M A R I A.

- |   |                                |
|---|--------------------------------|
| 1. Beneficiato quæ Obligatio Generalis. | 6. Spiritualia sunt duplicita. |
| 2. Ad quæ tenetur onera.                | 7. Communia quæ?               |
| 3. Quæ Spiritualia.                     | 8. A quibus subeunda.          |
| 4. Quæ Realia.                          | 9. Qui excusantur.             |
| 5. Quibus præstantur hec:<br>Et quæ.    | 10. Specialia orera quæ.       |

**G**eneralis Clerici & Beneficiati Obligatio est, ut deser-  
viat Ecclesiæ in qua est intitulatus, & possider bene-  
ficium.

Tenetur ad onera. Quæ vel sunt realia, vel spiri-  
tualia.

Hæc sunt officia & opera pietatis, quæ impen-  
duntur Ecclesiæ: & præstantur labore & animo Clericorum.

Illæ sunt quasi patrimoniorum munera, quæ exhibentur sumpti-  
bus & proventibus beneficii.

Præstantur ea ab inferioribus Clericis, vel Prælatis Superioribus,  
vel Principibus.

Prælatis, Quarta Decimorum, Primitiarum, Oblationum, mortua-  
riorum; Jus Cathedratici; Procurationis sive Visitationis; Annate,  
[Nnn] 2 Deci-

*Corvinus*  
*De Personis*  
*er Beneficiis Ecclesiæ.*

G IV.  
32

468 ARNOLD CORVIN. DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS.

Decimæ Pontificales, & ejusmodi: de quibus diximus iam supra.  
Principibus penduntur interdum tributa, *angaria, parangia,*  
aliaque jura, quorum fortè immunitatem non habet Ecclesia; vel in  
locis in quibus non habet. *l. neminem. l. i. l. placet. s. Cod. de SS. Edif.*  
*& tot. tit. de immunitate Ecclesie in 6.*

6 *Spiritualia onera sunt aut omnium Clericorum communia;*  
*Clericis omnibus injuncta; aut specialiter quibusdam beneficis im-*  
*posita.*

7 *Communia sunt, onus dicendi Officium diurnum & nocturnum;*  
*certis & designatis horis; c. fin. dist. 62. c. 1. de celebrat. Missar. attac-*  
*devotè, sine syncopatione & interruptione, c. dolentes. eod.*

8 *Subeunda ab omnibus Clericis, etiam beneficium non haben-*  
*tibus; nec ex iis ullus ea sine peccato mortali & depositionis penitentiæ*  
*deprecetur veniam, omittere potest. d. c. 1. & can. fin. dist. 92. Panam.*  
*in Clem. 1. de celebrat. Missar. Gloss. in verb. teneatur, ita, qualiter hoc*  
*canonica dicenda sint contra chorum in pragm. sanct.*

9 *Excusantur tamen infirmi, & hi quos impedit occupatio repen-*  
*tina, quæ sine peccato vel scandalo omitti non potest.*

10 *Onera beneficis specialiter imposita, sunt secundum diversas*  
*beneficiorum qualitates diversæ: ut si præbendæ annexum sit onus*  
*dicendi Missam diariam, c. significati. de præbend. administrandi faci-  
menta, prædicandi verbum Dei, prælegendi, aut quid simile. Dantis de  
benefic. scđt. 19. in princ.*

## TITULUS II.

De Residentia Beneficiatorum in genere.

### SUMMARIA.

1. Continuatio. 3. Quare.

2. Omne Beneficium re- 4. Ab Ecclesia demigran-  
quirit Residentiam. tes à Gracis appellan-